UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

Calepino, Ambrogio

[Wien], 1512

VD16 VD16 C 227

N Ante J

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

ſidibus brumali die alias digitis pelli: alias ſonare.
Neruicus dicit̃ qui neruis laborat. Vict.li.iiij. Aque Neruicos et podagricos efficiũt: ſulphuroſi fontes neruorũ labores reficiunt.
Neurobate.pe.cor.q̃ omnifariã prorepũt q̃ ambulant ſup̃ neruos ⁊ funes neruiceos ταρειρα greci neruos dicũt. Jul. Firmicus lib. vij. matheſeos. Cũ teſtimonio ṽo martis ⁊ lune erũt funãbuli olibate neurobate occident. hos Jul. ma[…]rnus olibatas Capitolin⁹ ṽo Euribatas appellat [.]ꝗ late aſcendentes.
Neſa regio mõtana iuxta etnã. Neſus thracie fluuius.
Neſium: inſula in campano littore inter panſilypum ⁊ putelos que alio noĩe dr̃ neſis. Luc. Tali ſpiramine neſis: huius noĩs obliquos ꝓduxit. Papi. Siluaꝗ que fixã pelago neſida coronat.
Neſſotrophion locus vbi anates clauſe paſcunt̃: neſſi enim anates a grecis dicuntur. Colu.lib.ix. Media deinde parte neſſotrophij lacus defoditur in duos pedes altitudinis.
Neſcio is. ignoro non cognoſco: ex ne ⁊ ſcio. Auguſti. Phariſeus qui inuitauerat dominũ ieſum: putauit dñm neſciſſe mulierem.
Neſcius qui ignorat ⁊ qui ignoratur.
Neu apocopatũ eſt a neue: idemꝗ ſignificat qđ neue: id eſt ne etiã. Virg. Neu ſegnes iaceant terre.
Neue modo ſignificat ne etiã: modo vel vt non. Cice. Neue: vaſtius ſyllabe deducant̃ hoc eſt: vel non vaſtius deducantur.
Ne vnꝗ ſignificat nullo modo.
Neutiꝗ: vna ps orationis: et ſignificat nequaꝗ: Terẽ. in an. Ego charine neutiꝗ officiũ liberi eſſe hoĩs puto cũ is nihil mereat̃ poſtulare gratie apponi ſibi.
Neutiꝗ: non nimis/ vel non valde/ vel nullo modo: hʒ eñ aliqđ aſſertionis. Terẽ. in hecy. In hac vſꝗ illud viſum eſt pamphilo neutiꝗ graue.
Neuus: carũcula eminẽs paululũ in qua ſepe ſunt pili et naturalis eſt. Nam cũ homine naſcitur ⁊ plerũꝗ ſuccreſcit. Hora.li.j. Ser. Egregio inſperſos reprẽdas corpore neuos.
Neuolo is. neuult quaſi nõ volo. Plau. Filiã meã tibi deſponſatã eſſe audio niſi tu neuis.
Neuter a.um. neutri tre. neutri. Sic vter nullus ſolus alter ⁊ huiuſmodi. Terẽ. in an. Tam iners tam nulli cõſilij: ꝓ nullius. Et eſt neuter vtriꝗ cõtrariũ: ſignificatꝗ nec hic nec ille. In quo aduertendũ eſt: ꝙ dicimus neuter alterũ: nõ autẽ neuter neutrũ. Nã ſi ita dicamus: neuter alterũ diligit: hoc ſignificam⁹ neꝗ ille hunc diligit: neꝗ hic illũ. Quod ſi neuter neutrũ diceremus: ſignificarem⁹ nec ſe quidẽ ipſum vtrũꝗ diligere. Neutro aduerbiũ ſignificat: nec ad vnã ptẽ nec ad aliã vt. Et neutro inclinata ſpe torpebat
Neuri populi ſcythie europe.
Neutralis: et hoc neutrale quod eſt neutri⁹ partis. Vñ neutralia verba dicta ſunt q̃ neꝗ agunt aliquid: nec patiunt̃: vt ſto/ iaceo/ cubo/ ſedeo: hec in nulla actiõe in nulla paſſione: ſunt alia neutralia ab vſu dicta que habent actionẽ ſed paſſionẽ nullã vt certo habet actionẽ: ſed nõ dicimus certor: pugno: ceno. Alia ſunt q̃ patiunt̃ ſed non agunt vt vapulo pendeo algeo langueo ⁊ huiuſmodi.
Nex necis ꝓprie mors que ferro fit aut alia vi. Unde neci datus dicit̃ qui interfectus eſt. Feſtus tamẽ neci datũ intelligit qui ſine vulnere interfect⁹ eſt. Unde Auſo. Sera venenato potu abſtulit annibalem nex. Siſen. Quoniã neꝗ mea nex neꝗ interceſſio poſſe videt̃ illorũ de mente reprimere audaciã. Cice. Inſidiatori vero ⁊ latroni que poteſt afferri iniuſta nex. Amb.lib. de paradiſo. Nẽpe diabolo auctore neces vident̃ iuſtis hoĩbus ꝑparari.
Nexo as. et is. xui. xum. ſm̃ Priſcianũ frequentatiuũ eſt a necto. Virg. lib. v. Nexantẽ nodis ſeꝗ in ſua membra plicantem.
Nexus a.um. participiũ. Virg. lib. v. Vincula linea rupit q̃s innexa pedẽ malo pẽdebat ab alto. Nexus us. vel nexus xi. in obligatione dicit̃. Cice. Curioni. Cui⁹ qñ ꝓpriũ te eſſe ſcribis mancipio ⁊ nexo. Idẽ pro murena Q. ſi in repetundis que mancipi ſunt is periculũ iudici ꝑſtare debet qui ſe nexu obligabit. Nã vt teſtis eſt Liuius: mos erat rome vt qui ſoluẽdo nõ fuiſſent addicebãt̃ feneratori cui ſeruirẽt quoad debitũ ꝑſoluerẽt. Et hi nexi appellabant̃ ducebanturꝗ in ergaſtula ad ſoluendũ. Var. Nexi ſũt liberi qui operas ſuas in ſeruitute pro pecunia quã debebant domino ꝑſtabant.
Nexilis et hoc nexile penul. cor. quod nectitur: ſicut textile qđ texitur. Lucil. Nexilis ante fuit veſtis qua texile tegmen.

N Ante I

Ni pro niſi ſubiunctiuo iũgitur. Eſt eñ a niſi per apocopẽ factum. Qñꝗ etiã indicatiuo vt ni fallor. Ubi ſciendum eſt: ꝙ ni niſi et preterꝗ ſemper repetunt eoſdem caſus qui preceſſerũt: vt quid eſt animal niſi corpus cũ aĩa concretũ: Quid aliud queris q̃ voluptatẽ: nulli placet p̃terꝗ mihi. Preter vero ſemper exigit actm̃: vt nulli places p̃ter me. Ponit̃ interdũ ni pro ne. Virg. Ni teneãt curſus. Plau. Ni ſtulta ſis. Niſi in principio ſententie indicatiuũ deſiderat alias etiã ſubiũctiuũ: vt vapulabis niſi caues vel caueas. Eſt autẽ cõpoſitũ niſi: ex non ⁊ ſi: et ſignificat ſi non: vel p̃terꝗ. Eſt.n. cõiunctio exceptiua: licet qñꝗ ꝓ cõtinuatiua vſurpetur.
Nice: grece latine victoria dicitur: vnde Nicephorus victorioſus q̃ſi ferens victoriã.
Nicander: nomen ꝓprium: quaſi victor vir.
Nicanor penul. pro. oris genitiuũ facit pe. cor. nomen propriũ: quaſi victor.
Nicator: victorioſus quo cognominatus eſt ſeleucus qui vt Apianus inquit in bello in ſyriacis ſemper inuictus extitit.
Nicolaus: nomẽ ꝓpriũ quaſi victor populi.
Nicarchus quaſi victor princeps.
Nicomachus pe. cor. victor pugne. Quo noĩe dictus fuit pater Ariſtotelis philoſophi.
Nicomedes pe. pro. nomẽ ꝓpriũ regis bithynie romanorꝫ amici qui olim raſo capite ſumpſit pileũ ⁊ ſe romanorũ libertũ vocauit: a quo Nicomedia.
Nicomedia ciuitas bithynie a Nicomede rege qui eã condidit appellata. Multi.n. eodẽ noĩe ſunt vocati quẽadmodũ ptolomei ꝓpter prioris claritatẽ. In huius ciuitatis villa magnus Cõſtantinus obijt: qui cũ vellet in iordane fluuio baptiçari atꝗ idcirco hieroſolymã peteret morte p̃uentus ab Euſebio nicomedieñ epiſcopo arrhiane perfidie ſectatore baptiçat⁹ eſt. Que res chriſtiani p̃ncipis fidẽ apud pleroſꝗ in dubiũ vertit. Sed non eſt veriſimile cũ principẽ qui ꝑ omnẽ vitã ſuã arrhiani dogmatis hoſtis fuerat in extremo ſpiritu ei⁹ dementie conſenſiſſe quã ſummo ſtudio de ſuo imperio prius eliminauerat.
Nicopolis: ciuitas epiri: a victoria Auguſti ſic appellata: qua Cleopatram et. M. Antoniũ apud Actiũ prelio ſuperauit.
Nicophanes pe. cor. nomẽ pictorꝫ: quaſi vir illuſtris.
Nicoſtrata: quaſi victorioſa exercitu: Quo nomine dicta Euandri mater.
Niciteria: ſunt premia relata ex victoria vt Torques. Iuue. Et Ceromatico fert niciteria collo νικητηριον eñ premiũ victorie dicit̃ a νικω qđ eſt vinco.
Nicia ⁊ nicea vtroꝗ modo dicit̃ ſm̃ Priſci. Et eſt nomen duarꝫ vrbium: quarũ vna eſt Gallie: alia Aſie et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bithynię metropolis. Niceã pͦmus Antigon⁹ philippi filius condidit ⁊ antigoni ã nominauit. Poſtea Lyſimachus a nomine vxoris Antipatri filię niceã appellauit. Vrbis ambitus ſtadiorũ io. fuit in figura quadrata in campo ſita: habuit quattuor portas ad rectos angulos eximio lapide qui circa mediũ gymnaſiũ poſitus erat oẽs q̃ttuor portę cernebant̃. Hęc iubẽte Cõſtãtino famoſa illa ſynod⁹ celebrata ẽ trecentorũ ⁊ decẽ ⁊ octo epõrũ: et pſidũ. Arrhĳ dogma reciſum: fuit etiã niceas nomẽ viri de q̃ theocritus: ⁊ ȩenobi⁹ ita ſcribit ητοι τεθνηκεν ηλιδασ κει γρα μματα των μετα νικιουστρατευσ άμενων εισ σικελιαν οι μεν απωλοντο.

Nicto is. ad canes ptinet cũ ſentiũt odorem leporũ ſeu perdicũ. Feſtus. Nictit vt canis ad odorandũ ferarum veſtigĳs leniter ingãniens. Enni. Nare ſagaci ſenſit voce ſua nictit vtraq̧.

Nicto as. frequẽtatiuũ eſt v̄bi niueo es. Et eſt nictare oculoꝝ et aliorũ membrorũ niſu ſępe aliquid conari. Pli. lib. xi. Pleriſq̧ vero naturale eſt vt nictare non ceſſent: quos pauidiores accepimus. Idẽ ibi. Grauiores alitũ inferiore gena cõniuent ȩedem nictant̃ ab angulis mẽbrana obeũte. Inde fiũt nictatio ⁊ nict⁹. Compoſitũ eſt adnicto: quod eſt iuxta nicto. Feſtus Adnictat: ſępe leuiter oculo adnuit.

Nicoritianus delicatius odoramentum ⁊ vnguentum dictum ab artifice probo Nicerote. Mar. Laudas pinguia nicerotiana.

Nidor odor ⁊ putor vſtrinę et rei vſtulatę vt apđ Virgili. lib. xĳ. Illi ingens barba reluxit nidoreq̧ ambuſta dedit. Proprie tamẽ de carnib⁹ aſſis in culina et ceter⁊ epulis coctis đr a nidore ignis. Mar. Paſceris ⁊ nigre ſolo nidorę culinę.

Nideo es. dui. Cui⁹ cõpoſitũ eſt Renideo in frequẽtiori vſu. Et modo ſignificat ſplendeo. Sta. lib. x. The. Emicat effigies ⁊ ſparſa orichalca renidẽt. Pli. lib. vĳ. Neq̧ in receſſu gẽme aut in deiectu renidente: mõ redoleo. Hor. Nec mea renidet i domo lacunar

Nidus: auiũ domiciliũ a nidore vt putat̃ ꝙ mali odor⁊ ſint auiũ cubilia. Qñq̧ tamẽ nidus accipit̃ pro ipſa aue: q̃ſi cõtinens ꝓ cõtento. Virg⁊. Ipſeq̧ volãtes ore ferũt dulcẽ nidis immitibus eſcã. Qñq̧ ꝓ quodam vaſis genere a nidoꝝ ſimilitudine. Mar. Nymphaq̧ e lacuna fontiũ allata nidos implent. Et nidi dicunt̃ in quib⁹ merces in tabernis ſeparatim tenentur. Mar. De primo dabit altero ve nido raſum pumice purpuraq̧ cultrũ.

Nidulus dimi. paruus nidus. Gel. De auiculę nidulo.

Nidifico as. nidum facio. Virgili. Sic vos non vobis nidificatis aues.

Nidulor penul. cor. idẽ quod nidifico. Pli. lib. xi. Aliud rurſus eoꝝ genus qui e fimo ingent⁊ pilas auerſi pedibus volutant: paruoſq̧ in his cõtra rigorẽ hyemis vermiculos fetus ſui nidulant̃. Aliquãdo nidulari ẽ ouis incubare. Var. Prima dies deinde illos quib⁹ halciones hyeme in aqua nidulant̃: eos quoq̧ ſeptem eſſe dixit.

Niger ꝓprie fuſcus dicit̃: eſt. n. cõtrarius albo per trãſlationẽ tñ ponit̃ qñq̧ ꝓ mortuo. Iuue. Inſtituitq̧ rudes melior locuſta ꝓpinquas. Per famam et populũ nigros efferre maritos. Quandoq̧ pro noxio. Virgi. Et nigr⁊ exeſa chelidris creta. Qñq̧ pro malo. Iuue. Nigrũ in cãdida vertũt. Solebãt. n. priſci qđ bonũ ⁊ laudabile erat: creta vl' alba linea notare. Contra qđ turpe fuiſſet: nigro ſignabant. Vñ perſi⁹ Queq̧ ſequenda forent ⁊ quę vitãda viciſſim: Illa prius creta mox hęc carbone notaſti.

Nigellus a. um. diminutiuũ quod eſt parum nigrum.

Nigredo: nigrities ⁊ nigricia: ipſe color fuſcus. Unde Pli. Capilloꝝ nigriciã dixit.

Nigror: ipſa nigredo. Cice. lib. i. de diui. Noctiſq̧ et nymborũ occecat nigror.

Nigreo es. a quo nigreſco: niger fio. Clau. lib. iĳ. Nũc ſibi mutatas liceat nigreſcere veſtes. Col. Oliue cũ nigruerint ſereno cęlo diſtringere manu cõuenit.

Nigro as. nigrũ facio. vnde Denigro as. Hiero. Denigrata eſt facies. Interdũ nigrare ẽ nigrũ eſſe. Col. lib. vĳ. Parãdi ſunt boues nouelli quadrati magnis mẽbris: cornibus proceris: et nigrantib⁹ et robuſtis naribus reſimis patulis: ceruice longa: et toroſa: palearib⁹ amplis ⁊ pene ad genua ꝓmiſſis: pectore magno: armis vaſtis: capaci ⁊ tanq̧ implente vtero: laterib⁹ porrect⁊: lũbis lat⁊: dorſo recto planoq̧: clunibus rotũdis: crurib⁹ cõpact⁊: ac rect⁊ ſed breuiorib⁹ poti⁹ q̧̃ longis: nec genib⁹ iprobis: vngulis magnis: caudis longiſſimis ⁊ ſetoſis piloſiſq̧: corpore denſo breuiq̧ coloris rubei fuſci ve: tactu corporis molliſſimo. Pli. lib. ix. Rubeus color nigrante deterior.

Nigrefacio is. et nigrefio notę ſignificationis.

Nigrico as. penul. cor. aliquantũ niger ſum. Pli. lib. x. Virib⁹ p̃cipua colore nigricans ſola aquilarũ fetus ſuos alit. i. aliqua nigredine tincta.

Nigris fluuius eſt a quo Nigretes ppl'i cognominati ſunt. Dictus nigris ꝓpter ſolitudines nigri puluer⁊ eminentib⁹ interdũ velut exuſtis cautibus.

Nihilũ ex non ⁊ hilum componit̃ quod ſignificat vllũ. Cice. lib. i. tuſ. Illud ſaxũ qđ ſiſyphus ſudãs nitẽdo nec proficit hilũ. Sunt qui putent hilũ ſignificare illud quod grano fabę adheret. Alĳ pennę modulum intelligi volũt ex quo nihilum et nihil per apocopen qđ ſignificat quantitatẽ vt nihil vini habeo. Inuenitur etiã pro aduerbio negandi poſitũ. Teren. Nihil circuitione vſus es. i. non. Inuenit̃ etiã nihil indeclinabile ⁊ triũ generũ: quaſi qui ne hili quidẽ eſt hoc ẽ nullius p̃cĳ aut vtilitatis.

Nihildum. i. nondũ. Cice. Caſ. Et q̧̃q̧ nihildũ audieramus nec vbi eſſes.

Nihilominus: non minus. Cice. Figulo. Tamẽ nihilo minus eis conficior curis vt ipſum ꝙ viuã peccare me exiſtimem.

Nil ſyncopatũ ẽ a nihil. Et mõ nomẽ eſt vt nil bonitat⁊ habes. Modo aduerbiũ. Ter. in an. Nil me fallis.

Nilus ęgypti fluuius: a nileo rege ſic dictus vl' a nouo inferendo luto ꝙ ſua inundatione totam feracẽ reddat ęgyptũ. Vñ Ser. Nilũ dici exiſtimat q̃ſi νεοιλυν. hoc eſt nouũ trahentẽ limũ quo oblimet: hoc ẽ limo obturet ęgyptũ ⁊ oppleat. Euſtathi⁹ interpres homeri pariter ⁊ dionyſĳ libyci in dionyſio ſic ſcribit ηροδοτοσ μεν λεγει του νειλου τασ πηγασ μηνυιρωσ κεσθαι διο ου δε αυτοσ εχει φασαι του του τασ πηγάσ δωκω δε φησιν ου δε ουδεισ ελληνον ετ εροι δε φασι τον νιλον εκ των τησ σεληνησ τοῖσ εκ των σεληνα ιων ορων αγεσθαι. Vnus eſt ex maioribus totius orbis fluuius: a quibuſdã Geon dicit̃ quaſi terra qui antea Melo vocabat̃. Habet ſeptem hoſtia. Virg. Et ſeptẽ gemini turbant trepida oſtia nili. Nomina oſtioꝝ hęc ſunt: Canopicũ: bolbiticũ: ſebeniticũ: pheneticũ: mendeſicum: tanicũ: et peluſiacum. Naſcitur in monte inferioris mauritanię non longe ab oceano ſtagnante ibi lacu: quẽ vocãt hilidem: deinde condit ſe itinere aliquot dierũ: rurſumq̧ erumpit alio lacu maiore in mauritania cęſarienſi. Iterumq̧ arenis receptus per deſerta. xx. dierum ſpatio fert̃ ad proximos ęthiopas ⁊ denuo ꝓſilit fonte qui niger dicit̃. Inde aphricã ab ęthiopia ſecans ęthiopas ſic pleraſq̧ inſulas facit quarũ clariſſima eſt Meroe cui⁹ metropolis etiã Meroe vocat̃. Poſtq̧ ſe aquis omnibus auxit nilus appellatur. Deniq̧ multis oſtĳs fertur in mare ęgyptiũ: ęgyptiq̧ inferiorẽ partẽ dextra

leuaq; diuiſus amplexu ſuo determinat. Canopico
oſtio ab africa. Ab aſia peluſiaco: ppter qd aliq̄ egy
ptū inter inſulas poſuere/ita ſe diuidente nilo vt tri/
quetrā terrę ſignū faciet. Idcirco multi ęgyptum. Δ.
grecę littere ſimilitudine Delta vocauerunt. Auget
Nilus certis diebus mirū imodū ⁊ per totā ſpatia/
tus ęgyptū fecundiſſimus innatat. A nilus fiunt ad/
iectiua Niloticus a.um. vt nilotici piſces. Et niliac⁹
pe.cor.a.um. Mar. Niliacis primū puer hic ſit na/
tus in oris. Nili quoq; apud veteres capiunt p foſ/
ſis in ludis circūdatis p ſeptis/ſiue p canalibus aq̄/
rum aliunde deductarū quos romani itra domos de
ducebant. vide in dictione Euripi.

Nimbus/repentina ⁊ pceps pluuia. Ponit ⁊ pro ven
to. Virgil. Nimborū in patria loca fęta furentibus
hauſtris ęoliā venit. Interdū pro nube qua dij ſolēt
in terras deſcēdere. Lucil. Cum nimbo celitus deſcē
dit iuppiter. Et nimbus vaſis gen⁹ quo vina vnguē/
ta ⁊ alij liquores fundunt. Mar. A ioue q̄ venit mi/
ſcenda ad pocula largas Fundet nimb⁹ aquas: hic ti
bi vina dabit. Hinc nimboſus a.um. Virgi. Fluctu
nimboſus orion.i. pluuioſus/ventoſuſve.

Nimis ⁊ nimiū/nomē loco aduerbij augendi: ⁊ p vitio
dicunt: ſignificatq; plus ſatis. Terē. Ne quid nimis
Dicit ⁊ nimi⁹ a.um. vt nimi⁹ labor exhaurit vires.

Nimirū aduerbiū cōfirmādi: hoc eſt ſine dubio/ certe.
P[illegible]iā ſolui vt dicat: Nimirū nō eſt mirū: nam
ni ſig[illegible]icat ne: ⁊ ne ſignificat non: vt Plau. Ne vult
pro non vult. Aliqñ ad reſponſionē adhibet. Quin.
Demus id qd nullo modo fieri pōt id eſt ingenij do/
ctrinę ſtudij peſſimo atq; optimo viro vter melior di
cetur orator: nimirū qui homo quoq; melior.

Niniue pe.corre. vrbs Aſſyriorū quā ędificauit Aſſur
egrediēs d terra Senaar a nino rege ſic dicta: vt ſcri
bit Aug. Eſt ⁊ alia ciuitas iudęorū in angulo arabię
quā nunc corrupte niniuē vocant: ⁊ in genitiuo nini/
ues facit. Unde Aug. lib. xv. de ciui. dei. Niniues ci/
uitatis magnę ninus Beli filius conditor nomē ex il/
lius noie deriuatū eſt/vt a nino niniue vocaretur. Et
populi in ea habitātes Niniuite pe.pro. dicūtur.

Ningo is. vel ninguo is. xi. Priſ. ninguo q̄q; ninxi: vn/
dee ⁊ nix: ſicut a duxi dux: a rexi rex. Virgi. lib. iij. ge.
Interea toto nō ſecius ęquore ningit. Sunt etiā qui
ningo dicant a ningue: cuius noiatiu⁹ eſt ninguis: qd
antiqui pro niue vſurpabant. Lucre. Albas effunde
re ningues. Apule. in primo herma. Aſpera hyems
erat omnia ningue canebāt: nunc dicim⁹ nix.

Ninguid⁹ a.um. idem qd niuale ꝙ ninguibus abūdat.

Niobe/nomen filię Tantali ſororis Pelopis vxoriſq;
Amphionis q̄ in ſaxū verſa eſt ex dolore vt poetę fin
gunt/cum ex fecundiſſima matre ad orbitatē redacta
extinctos vidiſſet filios filiaſq; omnis quos Apollo
⁊ diana ſagittis cōfixerāt q̄ in ſaxū verſa dicit quoni/
am ex nimio dolore attonita obmutuit ac veluti lapi
deſcens malis diriguit. a Sta. in ſyluis Sylpileia
mater dicta Niobe qm̄ facta ſaxea turbine vēti in ſy
pilū patriā rapta eſt vbi fixa cacumine montis liqui/
tur ⁊ lachrymis etiā nunc marmora manant.

Niphates pe.pro. Scythię fluuius. Quo etiā noie di/
ctus eſt mons armenie: ex q̄ Tigris naſcit: vt refert
Stra. Vir. Addā vrbes aſię domitas pulſūq; nipha
tē. Dict⁹ niuates a niuibus απω Γησ ριφαδοσ.

Niptra dicūt lauacra. a νιπτω: qd ſignificat lauo: quo
nomine dicta eſt tragędia pacuuij quā allegat Cice.
lib. ij. tuſ.

Niſi dictio exceptiua. vide ſupra in dictione ni.

Niſſa/vrbs q̄ ad mediterraneā iacuit ſupra Trallis ad
orientē: ⁊ maxima ex parte monti accubuit torrēte q̄/
dā diuiſa q̄ cōuallē efficit. Ex hac fuerūt Apollonius
philoſophus ſtoicus panetij familiaris ⁊ Menecra
tes Ariſtarchi diſcipulus: ⁊ ariſtodemus eius filius
quē valde ſenē iuuenis admodū audiuit Stra. Item
Soſtratus ariſtodemi frater: ⁊ alius Ariſtodem⁹ ei⁹
cōſobrinus qui magnanimū pompeiū erudiuit.

Niſeus/loc⁹ in media in q̄ pulcherrimi equi naſcebant.

Niſee/nomē nymphę. Virgil. Niſee ſphioq; thaliaq;
cymodoceq;.

Niſyrus pe.corre. parua inſula nō longe a Coo. in qua
optima vina fiunt.

Niſus/nomē regis Megarēſiū: q̄ vt in fabulis fert in
auē ſui nois ꝯuerſus fuit. Virg. li. j. ge. Apparet liq̄/
od ſublimis in aere niſus: hic alio noie haliet⁹ dr.

Niſus a.um. participiū eſt a nitor eris.

Nitor eris. nix⁹ ⁊ niſus. Et eſt niti conari: qd vernacula
lingua dicim⁹ pontare. Virg. Poſt valido nitēs ſub
pondere faginus axis Increpat. Interdū firmare/ſu
ſtentare. Virg. Ille vides pura iuuenis qui nitit ha/
ſta. Per trāſlationē. Cice. Tu eris vnus in quo nita/
tur ciuitatis ſalus: id eſt ſuſtineat. Interdū ambula/
re. Pacu. Ardua per loca agreſti ac trepidante gra/
du nitit. Interdū volare. Virgi. lib. iiij. Hic primum
paribus nitēs cyllenius alis cōſtitit. Interdū: Fulci/
ri. Cice. lib. j. offi. Eſt igit adoleſcentis maiores natu
vereri: ex hiſq; diligere optimos ac pbatiſſimos q̄r
cōſilio atq; auctoritate nitat: id eſt fulciat/gubernet/
inſtituat. Huius cōpoſita ſunt: Annitor/cōnitor: qd
eſt totis viribus nitor. Cice. lib. iij. offi. Quare quan
tum cōniti aio potes quātū labore contēdere ſi diſcē
di labor eſt potius q̄ volūtas tm̄ fac vt efficias. Eni/
tor/pario. Plau. in am. Geminos Alcumena enitit.
Var. lib. ij. de re ruſ. Faciēdūq; ſepta ſecreta ab alijs
quo enitētes ſecludere poſſis. item quę corpore ęgro
Aliqñ eſt cū conamine abſoluor. Unde enixe dicunt
mulieres q̄ port⁹ dolore leuatę ſunt. Itē Eniti eſt ex/
tra vel perfecte opari/pficere. Sal. in Iug. Ab ado/
leſcētia ita ſe enixū vt ab optimo quoq; pbaret. i. pfe
cte exercitū vel operatū. Col. li. ij. Sed nec in media
parte verſure cōſiſtat detq; requiē in ſūma vt ſpe ceſ/
ſandi totū ſpatiū bos agilius enitatur. i. exaret/per/
ficiat. Hinc Enixe aduerbiū/qd ⁊ enixū dicit. Cicero
Ego illos malos ⁊ audaces ſemp enixū cōtra fortu/
nas atq; honores hui⁹ ordinis oia feciſſe ſentio. In/
nitor/inhęreo/firmor. Col. lib. vj. Quo plus ſol me/
die arbores q̄bus vitis applicata ⁊ religata innitit/
accipiāt. Hiero. ad iulianū Vidit ſcalā de terra vſq;
ad cęlū ⁊ deſuper innitētē dñm vt laſſis manus porri
geret. Obnitor/contra nitor/obluctor/induror/ obfir
mor. Virgi. li. iij. geor. Verſaq; in obnixos vrgentur
cornua vaſto cū gemitu cōtra obluctātes. Aug. lib. ij.
de ciui. dei. Quorū dicta cōtraria ſi totiēs velim⁹ re/
fellere quotiēs obnixa fronte ſtatuerūt: non cogitare
qd dicant dū quocūq; mō noſtris diſputatiōibus cō/
tradicant. Hinc aduerbiū obnixe qd ſignificat cū co/
natu/inſtāter quantū poſſibile eſt contra conantem.
Teren. in an. Pedibus manibuſq; obnixe omnia fa/
cturum. Pernitor/valde nitor. Ser. Pernix perſeuē
rans a pernitēdo tractū eſt. Renitor/ꝯtra nitor. Hie
ro. ad Iulianū. Si huic cōſilio noſtro vel amicus vel
aſſecla vel ppinqu⁹ renitit: ⁊ ad delitias reuocat in/
telligito eū nō de tua aīa/ſed de ſuo ventre cogitare.
Subnitor/ſuffulcio. Virgi. lib. iij. Parua philotete
ſubnixa petilia muro. Aliquādo eſt ſurſum nitor. Ce/
cil. lib. anna. Ea latini ſubnixo animo ex victoria con
ſilium ineunt. Et habent pe.pro.

Nixus a.um. participiū. Nixus us. nomē: ⁊ ſignificāt
partum. Virgi. Haud fętus nixibus edunt.

Nixurio is. pe.cor. nixurij. niti volo ſeu cupio aut conor
facere. Nigid. Nixurit qui niti vult ⁊ in conatu ſępi
us aliqua re perpellitur.

Nitor/ſplendor in quacūq; re dicit. Cice. in Cato. Tū

liſandrū intuentē purpurā eius ⁊ nitorē corporis/ſcꝫ
Cyri. Col.li.ij. Vex ex his maxime ſerendū qđ robꝰ
dicit̄ cum ⁊ pondere ⁊ nitore pręſtat.

Niteo es.nitui.ſplendidus cultus politus ſum. Hinc
niteſco/nitidꝰ fio. Cōpoſita ſunt: Eniteo/qđ eſt extra
ſeu valde niteo: per trāſlationē ꝟo Enitere ſignificat
celebrē eſſe. Cice.lib.iiij.ad herē. Nunc hoc ſigni eſt
ipſos artis ſcriptores non putaſſe vnum potuiſſe in
omnibus elocutionis partibus enitere. Hinc enite/
teſco. Sal. Poſtremo cęſar bellū exoptabat vbi vir/
tus eniteſcere poſſet Interniteo/in medio niteo. Pli
nius. Tūc eī̄ tellure internitēt: quia his vētis maxi/
me arenę mouentur. Et habent pe.cor.

Nitidus a.um.ſplēdidus. Col.lib.ij. Far qđ appellat̄
cluſinū candidioris ⁊ nitidi coloris. Hinc nitiditas.
Actius: Formę nitiditate pręcharus regi.

Nitido as.nitidū facio. Col.lib.xij. Ferramēta deterſa
nitidentur atqꝫ rubigine liberent̄.

Nitedula/animal muris exigui genꝰ: ſicut docet Ser.
Cice.pro ſex. Vt illa ex vepreculis extracta nitedula
rempu.conaretur arrodere. Eſt ⁊ Nitedula cicinde/
la quę noctu lucet.

Nitria/ęgypti regio: ⁊ nomen duarum vrbium: ſupra
memphim.

Nitrum/vt quidā putant a nitria vbi naſci ſolet dicit̄:
hoc nō multū diſtat a ſalis harmoniaci ſpecie qđ nō
nulli exiſtimāt eſſe ſalis genus. Sicut eī̄ ſal in litto/
re maris feruor cōficit ſolis durando in petrā aquas
marinas: ita in nitria vbi ęſtate pluuię ꝓlixiores tellu
rem infundunt: ardor nimiꝰ aquas excoquit in petrā
ſali ſimillimā/ſed nihil gelidi rigoris nihil ſalſi ſapo/
ris habentē: quę tamē iuxta naturā ſalis durare in ca
liditate: ⁊ nubiloſo aere fluere ac liqſcere ſolet. Sunt
qui dicant nitrū apud medos caneſcentibus ſiccitate
cōuallibus fieri. Pli.lib.xxx.. Sal. Et nitrū ſulphuri
concoctū in lapidē vertit̄. Et itē liquatū coquentes ex
eo vaſa faciūt. Ex nitro medicinę fiūt ⁊ ſordes veſtiū
corporūqꝫ lauant̄. Vn̄ apud Eſaiā: Si laueris te ni/
tro: ⁊ multiplicaueris tibi herbā borith maculata es
iniquitate tua coram me.

Nix quaſi noua: gręci eī̄ νέον nouū dicunt. Antiq̄ ta/
men Ninguis is.declinabant.

Niueus a.um.qđ eſt ex niue vt maſſa niuea. licet quan/
doqꝫ pro candido ponatur.

Niualis ⁊ hoc niuale eiuſdē ſignificati: vt aqua niualis.
Gel. Qui aquā niualē frugibus ſane ⁊ arboribus fe/
cundaꝫ diceret: ſed hominibus potu nimio inſalubrē
eſſe. Colu.lib.iiij. Niuale cęlū dixit qđ ſępe niues in/
ducit. Ait enim: Cęluꝫ porro neqꝫ niuale vinea/neqꝫ
rurſus ęſtiuoſum deſiderat.

Niuatus a.um.qđ eſt niue refrigeratū. Sue.in Nero.
Refotus ſępiꝰ calidis piſcinis/ac tpe ęſtiuo niuatis.

Niuoſus a.um. Locꝰ in quo ſunt frequētes niues.

Niueo es.xi.ctū.a quo Cōniueo. vide in dictiōe nicto.

N Ante O

No nas aui.atū.cū cōpoſitꝭ. vide in dictiōe Nato as.

Nobilis/quaſi noſcibilis a noſco. Vnde ⁊ ꝓ noto po/
nitur. Virgi. Eſt locus italię medio ſub mōtibus al/
tis nobilis. Sic illuſtris/egregius/inſignis/ꝑcipuꝰ/
ſingularis cognitionis nō meriti ⁊ laudis noīa ſunt:
qꝛ tam de flagitioſis q̄ꝫ dę claris dici inueniunt̄. Vn̄
⁊ pro digno ⁊ excellenti in quacūqꝫ re ponit̄ ſiue bo/
na ſiue mala. De bona: vt cū ad generis dignitatē re
fertur. Sal. Nobili genere natus fuit. De mala. Li/
ui. Nobilis ille clade romana locus. Mar. Nobilis
hęc eſſet pietatis rixa duobus. i. excellens ⁊ digna no
titia. Hinc nobilitas q̄ eſt generis vl' alteriꝰ rei excel/
lētia ⁊ dignitas. Col.lib.iiij. Deꝑhēdi pōt nobilitas
in guſtu. His ꝯtraris ſunt Ignobil' ⁊ ignobilitas.

Nobilito as.nobilem facio/dignitatem addo/decoro.
Apul. Quē nō excellentia generis/ſed mores/virtu/
teſqꝫ nobilitauerūt. Aliqn̄ notū facio. Cice.li.ij.offi.
Teſtis eſt phalaris cuius eſt ꝑter ceteras nobilitata
crudelitas. Huius cōpoſitū eſt: Denobilito: qđ eſt vi
tupero. Terē.in eu. Tu iam pendebis qui ſtultū iſtū
adoleſcentulū denobilitas flagitijs.

Noceo es.cui.citū. Nocere ſignificat obeſſe. Col.li.ij.
Nō nocebitur ei nocturnis roribus alijſve ex cauſis
dum a pecore ⁊ auibus vindicet̄: ſignificat etiā a ma/
leficio nō abſtinere. Unde nocētes dicūt̄ qui iniuriā
aut maleficiū cōmiſerūt. Innocētes qui ab omni iniu
ria ⁊ maleficio abſtinēt. Innocētia/integritas. Sal.
Vbi quę metellus agebat ex nuncijs accepit ſimul et
de innocētia ſua certior roma factus diffidere. At tū
demū verā deditionē facere conatus eſt.

Nocuus/qui nocet. Innocus qui nō nocet. Quādoqꝫ
tamen paſſiue ſumitur.

Noctua/auis: a tempore noctis dicta quo canit vl' vo/
lat. Prouerbiū eſt noctuas athenas portas: ac ſi di/
ceretur: Aquā mari iungis. Ferunt enim noctuaruꝫ
maximā copiā athenis eſſe.

Nocticorax ſeu nycticorax/coruus nocturnus interꝑta
tur: nigra auis ac ſola clamans ⁊ nocte volat. Ny/
ctos νυκτοσ. nox latine dr̄. Hiero.in Deutro. Tāqꝫ
diuerſa inter ſe ponit/noctuā/nycticoracē ⁊ veſperti/
lionē: ſed corrupte ſic dicit̄: nam. Suidas νυκτικο/
ραξ εἶδοσ ορνεου ερημικου ο τασ ὀηκου μέ/
νασ φευγων των οικιων ταισ ερημοισ.

Noctiluca.pe.pro. dicit̄ luna quę noctu lucet. Quo et
noīe dictū eſt animal paruū qđ ęſtate dum volitat lu
cet. Alio noīe nitedula appellat̄.

Noctiuagus pe.cor.qui nocte vagatur.

Noctu pro nocte noīaliter vtebant̄ antiqui. Quadri/
garius. Cōuenit ſenatū noctu multa domū dimitti.
Plau.in Mene. Haud falſuꝫ euenit ſomniū qđ no
ctu hac ſomniaui. Noctu ꝟo aduerbiū ſignificat per
noctē. Sal. Diu noctuqꝫ laborare/feſtinare. Aliquā
do nox pro noctu: vt eſt in.xij.tabulis. Si nox furtuꝫ
factuꝫ ſit/ſi in aliquis occiſit: iure ceſus eſto. Vbi in
actiuū dixerūt ab is: ⁊ occiſit pro occidit.

Nocturnus a.um.qđ eſt noctis: vt nocturna lux. Sic a
die diurnus. Claud. Oīa q̄ ſenſu voluunt̄ vota diur/
no. Tēpore nocturno reddit amica quies.

Nocteſcere/eſt obtenebrare. Furius: Omnia nocte/
ſcunt tenebris caliginis atrę.

Nodus ꝓprie ligatura q̄ nō facile ſoluit̄. Unde enodo
as. A cuius ſimilitudine nodus in arbore dicit̄ groſ/
ſior ille quaſi callus vbi veluti colligati ſimul rami
eſſe apparebāt. Col.lib.iij. Eius imā partē quam in
terrā dimiſſurus es acutiſſima falce iuxta nodū rotū/
da plaga amputato, hinc eſt vetus illud prouerbiū.
Nodū in ſyrpo queris. Per trāſlationē ꝟo nodꝰ ac/
cipitur pro enigmate ſeu queſtione aliqua difficili. Et
nodus in exercitu dicit̄ denſa peditū mltitudo/ꝙ nō
facile poſſit reſolui. Nodꝰ herculis dicit̄ in quo neqꝫ
principiū neqꝫ finis conſpicit̄ quaſi indiſſolubilis ſit.
A nodus fiūt/Enodis/inenodabile/internodiū. No
dulus diminutiuū a quo aliud Nodellus. Nodoſus
a.um.qđ multos habet nodos.

Nodo as.nodos facio: ligo in nodos. Lactā. de opi.
Deꝰ igit̄ ſolidamēta corporis quę oſſa dicunt̄ noda/
ta: ⁊ adiuncta inuicē neruis alligauit atqꝫ conſtruxit.
Virgi.lib.iiij. Crines nodant̄ in aurū. Huius cōpoſi
ta ſunt Enodo: qđ nodatū erat ſoluo. Per tranſlatio
nem ſignificat declaro/expono. Gel.lib.j. Ad hunc
modū Julianus enodabat dijudicabatqꝫ veterū ſcri
ptoꝝ ſentētias quas apud eū adoleſcētes lectitabāt.
Cice.lib.ij.ad herē. Deinde cōtrarię legis enodabi/
mus voluntatē ⁊ eā trahemus ad noſtrę cauſę cōmo/